

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

LV.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

mit, si in castra Pontificia sit transiturus, te operæ pretium facturum arbitror, si laborem illum in te reciperes.

Rothiorum mater, ob quas causas Paulum filiorum maximum nati, studiorum suorum cursum quam citissime absolvere exoptet, M. Ludovicus tibi pluribus referet.

DEUS Optimus Maximus te ad nominis sui gloriam, & Ecclesiæ utilitatem, cum aliis Ecclesiæ columnis, quam diutissime servet incolumem. Datum Ulmæ, 23 Julii, Anno 96.

R. D. T.

Studiofissimus

Johannes Wefenbeccius, D.



LV.

S. D. Reverende & clarissime vir, frater carissime.

GRatiam tibi habeo, quod amanter respondere dignatus es. Poloniae Regis Legati, circa Pascha in Sueciam huc transierunt, conjugium Episcopi vestri, cum Poloniae & Sueciæ Regis sorore confecturi. Sed ad nos nondum redierunt. Interea Reuberus vester in Daniâ fuit; ubi ad coronationem hoc mense exeunte peragendam, magni apparatus sunt. Transitorios se per hanc urbem significarunt Administrator Magdeburgensis, & Christianus adolescens: ambo Electoris Brandeburgensis filii. Saxoniae Administrator splendidæ legationi à se mittendæ, naves à nostro Senatu ad 1. Augusti apparari petivit. Meus Princeps Ulricus, quanquam avus regis maternus est, tamen ætatis & valetudinis excusatione usus, domi manet. Poloniae Rex cum per literas tantum & non per legatos invitatus sit, legatos nullos missurus dicitur. Præmisit autem equos aliquot generosos, Regi exhibendos, per nobilem equisonem. Sed has ineptias relinquo, & DEUM ut ipse nos doceat gubernet ac servet oro. Bene vale. Die Sixti, 6. Augusti, Anno 1596.

David Chytræus.



LVI.

S. D. Reverenda & Clarissime Domine Doctor, frater carissime.

ET si duos jam menses, animo & corpore æger, decumbo, tamen oblata tabellarii isthuc euntis facultate, brevi epistolio te salutare, & pagellas ali-

Ddd dd 2

quot